Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



99

mortuorū ossibus plena uernas uocat. quia uitiorum
mala intus contegunt. humanis uero oculis quorun
dam demonstratione operū de solo foras iusticie colore
blandiunt. Admonendi itaq; sunt ne que agunt recta
despiciant. sed ea merciti meliori credant. Valde namq;
bona sua diiudicant. qui ad eorū mercedē sufficere fauores
humanos putant. Cum enim precto opere laus transitoria
queritur. eterna retributione res digna uili precio
uenundatur. De quo uidelicet pcepto precio uernas
dicit. amen dico uobis receperunt mercedem suā. Ad
monendi sunt ut considerent quia dum prauos se in
occultis exhibent. sed tam exempla de se publice inbo
nis operib⁹ prebent. Ostendant sequenda que fugiunt.
clamant amanda que oderunt. uiuunt postremo alius
& sibi moriunt. At contra admonendi sunt qui bo
na occulte faciunt. & tam quib⁹dā factis publice de se
mala opinari pmittunt. Ne cum semetipsos actionis
recte uirtute uiuificant. in se alios peremplū praue
estimationis occidant. Ne minus quā se proximos di
ligant. & cum ipsi salubrem potum uini sorbeant in
tentis in sua consideratione mentib⁹ pestiferū uenenī
poculum fundant. Hi nimirū in uno proximorū uitā
minus adiuuant. in altero multū grauant dum stu
dent. & recta occulta agere. & quib⁹dam factis ad